



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Christophorus Spotecus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

uinista, Turcarum ope urbem occupavit. In ea calamitate occasione vsi hæretici, in tēplum Societatis hostiliter irruere, & hæreticâ licentiâ quicquid sacrum fuit ludibrio habuere. Eos inter fuit miles qui SS. Eucharistiæ Sacramentum impiè humi dispersit, & proculcauit. Eam insolentiam redarguens Emanuel, securi militari in capite vulneratus, & globo traiectus, gloriosâ morte, vitam terminavit.

Euchar.

Fides.

P. Bernardum Reuss ait Catalogus eorum qui in odium fidei sunt occisi, hoc die anno 1629. sagitis confixum. Nos de illo 17. Iulij, qui dies illi ab alijs assignatur.

Polonus.

in Suecia.

14. Iunij.

1601.

ætat. 40.

Soc. 13.

P. Christophorus Spotecus.

Derpati à Christophoro Sommerio Duce captus cum

H 6 So-

focijs. Variè tunc vexati omnes, fame, cachinnis, probris. Vni caput pugnis contusum. Equis impositi coacti sunt cantare Symbolum Apostolorum *Credo*. Inde in Finlandiam asportati: Stocholmij in vinculis acerbissimè habitati, ærumnis, doloribus, demùm peste hoc die P. Christophorus, alij alijs diebus consumpti sunt; posteaquam scõmata multa in Pontificem, in fidei nostræ mysteria, in Societatem iacta, verbera, extremam egestatem, & affinia hisce incommoda, perpessi sunt.

Fides.

In Suecis.
17. Jun.
ætatis 43.
Soc. 8.

Hibernus
Pontani
15. Junij
1649.

Ioannes Esto. Coad.

Cū P. Christophoro Spotecco, alijsque paria passus: peste extinctus in carcere.

P. Robertus Neteruillus.

Meminere huius viri an-

nue